

## Lexs collegi. |

(20) [Placu]it universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit kapitulari nomine | HS C n. et v[ini] boni amphoram<sup>16</sup>; item in menses sing. a.<sup>17</sup> V. > Item placuit, ut quisquis mensib. | contin[uis se]x<sup>18</sup> non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, | etiamsi [test]amentum factum habuerit. > Item placuit: quisquis ex hoc corpore n.<sup>19</sup> pariatu[s] decesserit, eum sequentur ex arca HS CCC n., ex qua summa decedent exe-(25) quiar[um] nomine HS L n., qui ad rogos dividuntur; exequiae autem pedibus fungentur. |

Item placuit, quisquis a municipio ultra milliar. XX<sup>20</sup> decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt | electi ex corpore n. homines tres, qui funeris eius curam agant et rationem populo reddere debebunt | sine dolo m[al]o; et si quit in eis fraudis causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus | [funeraticium] eius dabitur; hoc amplius viatici nomine ultro citro sing. HS · XX n. Quod si longius | (30) [a municipio su]pra mill. XX decesserit et nuntari non potuerit, tum is qui eum funeraverit, testa[tor rem tabu]lis signatis sigillis civium Romanor. VII, e[t] probata causa funeraticium eius, sa[ti]s dato ampl[ius] neminem petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege collegi dari | [ei debebit]. [A n. co]llegio dolus malus abesto neque patrono neque patronae neque d[omino] |

(Pag. II)

neque d[omi]nae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto, nisi siquis testamento here[s] | nomina[tu]s erit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq.<sup>21</sup> et populi funerabitur. |

Item placuit: q[ui]squis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus eius a domino domina[v]e | iniquitatae (sic) sepulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei funus imag[ina]rium fiet. | (5) > Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adsciverit[t], | eius ratio funeris non habebitur. |

Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit, is dare debebit vni | [bo]ni amphoram. > Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine a[bi]i | ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS XXX n.; | (10) insequens eius dare debebit, et is eius loco restituere debebit. |

Ordo cenarum: VIII id. Mar. natali Caesenni . . . . patris. V k. Dec. nat. Ant[io]ni. | Idib. Aug. natali Dianae et collegi. XIII k. Sept. nat[is] Caesenni Silvan<sup>22</sup> fratris. Pr. n[on]. . . | natali Corneliae Proculae matris. XIX k. Ian. n[at. Caes]enni Rufi patr. munic[ipi].

Magistri cenarum ex ordine albi facti qu[atuor]o<sup>23</sup> ordine homines quaterni<sup>24</sup> ponere debent[ur]: | (15) vni boni amphoras singulas, et panes a.<sup>25</sup> II qui numerus collegi fuerit, et sardas [nu]mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |